



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Scintillæ Ignatianæ, Sive Sancti Ignatii De Loyola, Societatis Jesu Fundatoris Apophthegmata Sacra**

**Hevenesi, Gábor**

**Coloniæ, 1715**

**VD18 10988289**

26. Martij. Amorem tui solum, Deus! cum gratia tuæ mihi dones, & dives sum satis, nec quidquam ultra posco. S. Ignat. in orat. sibi familiari.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-50423](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-50423)

illa, hic sanguine nutrit, se uterque dat,  
ut nos recipiat. Qualis commutatio! ve-  
cordes nos & salutis immemores! nisi  
pacto stamus.

Æstima, ô homo conditionem tuam!  
toties Christi sanguine, & Mariæ lacte  
pastus, consanguineus tantorum es effe-  
ctus, cave degeneri ad quisquilias affectu  
cognitionem tam sanctam maculare!

Habent, quod invideant Angeli, qui-  
bus hæc gratia nunquam accidit! Huma-  
næ calamitatis hic asylum est; quem ter-  
ret Majestas Judicis, hunc erigit pietas  
Matris, quem arcet justitia, misericordia  
invitat.

## 26. Martii.

*Amorem tui solum, Deus! cum gratia tuâ  
mibi dones, & dives sum satis, nec quid-  
quam ultra posco. S. Ignat. in orat. sibi  
familiari.*

**Q**Uæstuosissimus ille amor est, qui sine  
luero, cujus omnis fructus est ama-  
re. Alii amores mercatus sunt, ubi tantum  
recipitur, quantum datur, vilis, & abje-  
cta hæc avaritia est; gratis amet, qui verè  
amat.

Etiam

Etiam belluæ amant beneficia, & vultures eò advolant, ubi bolum sperant. Amorem Dei assurgere debet altiùs, lucrum non quærat, omne, quod assequi lucrum potest, amor sit.

Infinittum damnum incurrimus, si aliam præter Deum, mercedem quærimus. Si alia omnia obtineas, sine illo miser es. Caelum ipsum sine Dei amore infernus efficitur & infernus cum Dei fruitione in cœlum transiret.

Omnis creaturæ amor inutilis, imò nocivus est. Solus Dei amor fecundus est, quo pleno alveo promanant omnia dona gratiæ & gloriæ. Ama Deum, quid faciliùs & beatus es.

## 27. Martii.

*Nulla res creata potest talem letitiam anima creare, qua possit æquare gaudium Spiritûs Sancti. S. Ignat. apud Ribadeau l. 5. c. 10.*

**G**AUDIO, quod offert mundus, dixit quid vanè deciperis? illud sincerum est gaudium, quod nemo tollet à nobis.

Esse sine delectatione anima non solet vel infimis delectatur, vel summis. Illæ in